

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3001

Auteur(s) : Eugène III [pape]

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1150, 15 décembre

Lieu d'émission : Ferentino

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Bulle du pape Eugène III. confirmant aux religieux du Mont St Michel leurs possessions, et, entr'autres, la ville de St Clément de Jersey, leurs possessions en Guernesey, l'église de Carteret, et diverses églises en Angleterre (vidimus du lieutenant général du bailliage de Coutances).

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 9, p. 13-15.

Texte établi d'après a

A tous ceulx qui ces lettres verront Jehan d'Anneville licencié en loix lieutenant général de Monsieur le Bailly de Costentin salut savoir faisons que a la requeste de maistre Pierres Messent procureur et stipulant pour les religieux et couvent de labbaye du Mont Saint Michiel en peril de la mer en la presence de honnorable personnes Jehan Goueslart, advocat du Roy nostre sire en la visconté de Coustances et Pierres Potier procureur dicelluy Seigneur en icelle viconté, nous avons veu, tenu et leu mot après mot saines et entieres sans vice ne rasure les lectres et chartres dont la teneur ensuyt :

Eugenius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Gaufrido abbatii ecclesie Sancti Michaelis de periculo maris ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequenter completri ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quocirca dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus statuentes ut quascumque possessions quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum juste et legitime possidet aut in futurum concessionem pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis justis modis, deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis villam que vocatur Geneceum cum ecclesia ipsius ville et cum pertinenciis suis, ecclesiam de Ardevon cum ipsa villa et pertinenciis suis ; villam que Crux dicitur cum pertinenciis suis, capellam Hamelini cum pertinenciis suis ; ecclesiam Sancti Paterni cum villa ipsa et pertinenciis suis, ecclesiam de Fulcheravilla cum ipsa villa et pertinenciis suis, villam de Eventor, villam Sancti Clementis in Gerseio cum pertinenciis suis ; quicquid habetis in insula que vocatur Guernerey ; ecclesiam de Quarterai cum pertinenciis suis ; villam que vocatur Domnus Johannes cum ecclesia ejusdem ville et pertinenciis suis ; villam que dicitur Brethevilla cum ecclesia ipsius ville et pertinenciis suis ; villam que

dicitur Verson cum pertinenciis suis, ecclesiam de Evreceyo cum pertinenciis suis, villam que dicitur Villamers cum ecclesia ipsius et pertinenciis suis ; ecclesiam de Livare cum pertinenciis suis Villarenton, ecclesiam de Montanai cum pertinenciis suis, ecclesiam Sancti Victurii in suburbio Cenomanis, cum burgo ipsius suburbii et pertinenciis suis ; in eodem suburbio ecclesiam Sancti Johannis cum pertinenciis suis, villam que dicitur Gohere cum ecclesia ejus et pertinenciis suis ; villam que dicitur Poleium de feodo Odonis Borelli cum ecclesia ipsius et pertinenciis suis, villam que dicitur Mont-Rouault cum pertinenciis suis ; ecclesiam Sancti Broeladii cum pertinenciis suis ; ecclesiam Sancti Melorii cum pertinenciis suis ; ecclesiam Sancti Michaelis de Cornubia cum pertinenciis suis, villam que dicitur Otritonia cum pertinenciis suis ; Wiscumbam, Basingas, Bodelai, Estoleiam cum pertinenciis suis ; ecclesiam de Meretoch cum pertinenciis suis ; obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus in predicta ecclesia qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres communi consensu vel pars fratum consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam previderint eligendum, salva Abrincensis episcopi canonica justicia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentacione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva apostolice sedis auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita nisi presumptionem suam satisfactione congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesie justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant, Amen. Datum Ferentini per manum Maximini Sancte Romane ecclesie scriptoris decimo octavo kalendas Januarii indictione decima quarta, incarnationis dominice anno millesimo centesimo quinquagesimo pontificatus vero domini Eugenii pape tertii anno sexto. Escript au bas ; Et au dessus estoit escript et mys plusieurs sygnes et paraphes, le premier estoit ung parafe ront, une croix estante dedens et entre les deux sercles estoit escript fac mecum domini signum in bonum ; avecques ce estoit escript dedens Sanctus Petrus Paulus Eugenius papa tertius + Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus Subscripsi. + Ego Tusculanensis episcopus subscripsi. + Ego Nicolaus Albanensis episcopus subscripsi. + Ego Hubaldus presbiter cardinalis Sancte Proxedis subscripsi. + Ego Nicolaus presbiter cardinalis tituli Sancti Ciriaci subscripsi. + Ego Julius presbiter cardinalis tituli sancti Marcelli subscripsi. + Ego Jordanus presbiter cardinalis tituli Sancte Susanne subscripsi. + Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad velum aureum subscripsi. + Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in carcere Tulliano subscripsi. + Ego gg. diaconus cardinalis Sancti Angeli subscripsi. + Ego Astalus diaconus cardinalis Sancti Eustacii subscripsi. + Ego Jacobus diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmidin subscripsi. + Ego Johannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi. Scellés dung sceau de plomb a une corde de soye rouge.

Les dites lettres collationnées à l'original demeuré audit procureur en la présence des dits officiers après qu'ils ont veu et leu les dites chartres pour leur valloir et servir quil appartiendra.
de Lecluse. J. Goeslart. p. Potier.